



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Benedictus Redivivus Hoc est: Benedictinij Ordinis
Vetustißimi Amplißimique, Nostra, ac supera ætate
Jmmarcescibilis Vigor, ac Viror**

Bucelin, Gabriel

[Veldkirch], Anno Christi. M.DC.LXXIX.

Iesu Christi Annus. M.DC.XVI. Sancti Patris Benedicti. M.CXXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38498

JESU CHRISTI ANNU S. M.DC.XVI.

Sancti Patris Benedicti. M.CXXXVI.

NUNC denique hoc anno sæculi hujus Illustrissimum Sydus, Vir verè Apostolicus sanctæ memoriæ Candidus, Apostolatus coronam accepturus ad sydereæ Regna evocatur, cum prius ipse innumeris beneficijs Angliam & Hyberniam patriam suam, convertendo, confirmando & innumerabiles homines in animo & corpore prodigiosissimè sanando, affecisset, verè Patriæ Pater, verè Apostolus merito, cum etiam ipse suis confiteri Superioribus coactus sit, non tantum laborando Apostolis paria fecisse, sed & miracula patrando, sic inter alia ad suum Reverendissimum Abbatem Nualensem scribit: *Dedit mihi Dominus exiguo, virtutem facienda signa in populo barbaro, qualia nec Magnis Apostolis leguntur facta, ita, ut in nomine Domini nostri JESU CHRISTI, resuscitare à mortuis valeam* (NB) *corporis in pulveres ab annis multis resoluta. Nullus tamen credat, me ob ista, sive ob his similia, parifaciendum Apostolis* (O dignam Monacho perfectò confessionem!) *aut aliquibus perfectus viris, cum exiguus sim, & peccator, & contemptibilis, &c.* Hic proin tantus Vir, cursu nunc vitæ consummato, cum diem obitus sui discretè prædixisset, incredibili fidelium, omnium cum lætu, ex hæc corporis mortalitate, ad felicissimam assumptus immortalitatem, æternum cum Martyribus, ad quorum omnium supplicia pro Christo toleranda paratissimus fuit, cumque Apostolis & Angelis, quorum illos Evangelizando ubique, istos candore animi & Virginitatis nitidissima puritate imitando verè Candidus, & rubicundus electus ex millibus fuit, exultat triumphatque. Cujus sacri Corporis exuvias, etiam deinceps Deus, insigni miraculorum gloria honoravit, ac fidelibus non solum sed & infidelibus, si velint respicere, commendavit, sed & varijs revelationibus Gloriam servi sui multis ostendit. Cum autem sepulchrum ejus, incertum qua ex causâ, post menses ab obitu aliquot esset reaseratum, repertus est Candidus prorsum incorruptus, & tantopere ab omni corruptione alienus, ut admirabili cœlestis odoris fragrantia, omnium nares & animos mi-

rè reficeret & recrearet. Vita excessit 2. Maij Anno Christi 1616. *Ex Vita, Francisco de Brvar & cit.*

Miraculum sæculi hujus & ætatis nostræ singulare profus, & nunquam satis deprædicandum sanctæ memoriæ Margarita d' Arbous, Montis Martyrum Monialis, nunc vero Episcopo-villensis Monasterij Gubernatrix, sanctissima Bellovillariensis nostræ discipula, cum hoc anno graviter decumberet, nullisque proficientibus humanis remedijs desperata à Medicis esset, inducto super agram Sancti Petri nostri Cœlestini pallio, statim convaluit. Inde restituta sibi suisque, cum ad integerrimam sanctissimæ Regulæ observantiam, monialibus à se & Bellovillariensi institutis, nil porro deesse cerneret, quàm solam à carnibus abstinentiam, in ulteriora semper sese extendens enixissimis precibus apud illam institit, ut eam quoque ad cumulum perfectionis abstinentiam induci pateretur. Annuit, sublimiora semper & ipsa cogitans Bellovillariensis, & quod antea Virginitatis tenebiti parcens, verita ne asperitatibus præmaturis, molles animos, à potioribus & majoris momenti observantijs deterreret, aggredi detrectarat, ad anteriora & ampliora sese extendentibus in dies mentibus, non modo permisit, sed consuluit, sed permovit, sed suavit. Namque libello supplici oblato Domino Archiepiscopo Parisiensi, omniumque subditarum sibi monialium, nominibus subsignato, qui & libens permisit, hæc conditione, ut prius duorum annorum spatio vires suarum probaret, mox concessurus quidquid peterent, dummodo vires onus non excederet. Quod & contigit, incredibili sanctimonialium gaudio, ipsius Archipræsulis plausu, sanctorumque inibi quiescentium gratulatione & gratitudine: Namque Illustrissima quædam Domina, quæ tunc filiam septuennem Bell-Villariensi oblatura, ad Sanctum Montem-Martyrum se contulerat, cum in reditu, rheda ejus in altissimam foveam corruisset, & certo certius ipsam cum filia perimentam imo peremptram tanto casu dolerent, ope sanctorum prodigiosâ, salva & incolumis reperta est; equis ipsi in pedes stantibus, rheda etiam ipsa

B. Candidus Nualensis ad gratiam vocatus.

Mirabile, quod de se ipso scribit.

Verè Candidus & rubicundus.

Corpus à morte incorruptum.

B. Margarita d' Arbous, &c.

Mirè sanatur.

Ejusdem rigoris sacri promotio.

Insigne miraculum.

sa prorsus integra & inviolata. Quod miraculum Bell-Villaria nostra, in sanctos Matyres gratissima, multis pietatis actibus, varijsque donarijs exsolvit, utq; decentius, & honorificentius coleantur, Dominae sorori suae de Fraxino suavit, in eo loco, ubi DEUM ipsum profuso sanguine nobili Martyrio glorificaverunt, in eorundem honorem Prioratum construere, qui educandis & excolendis junioribus in vita spirituali Virginibus deputaretur, & dotaretur. Nec mora, rem totis statim viribus aggreditur Fraxinensis, structoque Prioratus domicilio, moxque adjunctis regularibus quibusque officinis, etiam Basilicam ipsam ampliolem & augustiorem reddens, pretiosissimis ornamentis, sacraque suppellectili aurea argenteaque locupletat. Ita Martyrum factus celebrior tumulus, diu noctuque Virginum Deum indefesse collaudantium, caelesti frequentique Choro consecratur.

Novitatus
insignis.

S. Dionysij
honori con-
sulat Bello-
villariensis
nostra.

Ven. Domi-
nicus à
Pucro Iesu.

Mira de-
votio &
sancta af-
fectio.

Quo quidem ipso Maria Abbatis-
sa nostra, totum Galliarum Regnum
ipsiusque Metropolim in Gloriosissi-
mo eorumdem Apostolo Dionysio &
Socijs immortaliter demeruit, cum pri-
us is ipse Martyrij locus, infamis &
profanatus infandis fornicationibus,
duellis, latrocinijs & maleficijs esset,
ita ut illic Veneficae suae solennia Co-
mitia celebrarent; ita ut quod defor-
matissimum & tot abominationibus
conspurcatissimum erat. Sanctum, An-
gelicum, Divinum semper ex tunc ha-
beretur. *Ex Vita Mariae praedictae & R.
P. Amando Tribout.*

Coronat eodem anno vitam fan-
tissimo termino Venerabilis F. Domi-
nicus à Pucro Iesu dictus, Nucalen-
sis & ipse Monachus, Virtutibus & mi-
raculis illustrissimus. Hic rigidissimus
sibi, noctibus singulis corpus suum ad
usque sanguinis effusionem immitius
flagellavit, Orationi deditissimus, in
ea sapius extra mentem factus, multa
coelestia arcana penetravit. Ani-
mabus in Purgatorio detentis sapius
opem tulit, multaque precibus à Do-
mino obtinuit. Solitudinis & silentij
amantissimus, ea sibi plurimum boni
contulisse animadvertit. Puerum JE-
sum singulari colebat affectu, cujus fan-
tissimum nomen semper in corde, in
ore dulcissimum, & frequentissimum

habuit, ante cuius imaginem, quam
in cellulâ suâ devotissimam habuerat,
flexis genibus noctes ducebat infomes,
in omnibus suis necessitatibus ad
ipsum recurrere, à quo etiam plurima
impetravit. Duobus ante mortem
mensibus, totus DEI amore succensus,
cupere se vehementissimè dissolvi, &
esse cum Christo confessus est, & vi
amoris raptus, exclamavit: *O si jam ex
hâc vita discederem! ô si cursum consum-
mare potuissem!* Idque Pucro Iesu, quan-
ta potuit instantia commendavit, qui
servi sui paulo post desiderio annuit,
& satisfacit. Post duos siquidem men-
ses nulla prorsus infirmitate laboran-
tem, in sanctum resolutum somnum
ad gaudia perennia transtulit 12. Sept.
hora item diei 12. anni 1616. *Ex Vita.*

Exaudiat
pro sua re-
verentia.

Iterum in augenda Missione Ang-
licana & Congregatione nova propa-
ganda, & ad utilitatem Regni Britan-
nici amplificanda, insigniter labora-
tum. Notanda solummodo subscri-
bentium nomenclatura, unde colligas
quanti viri, sese pro salute ejusdem
Regni in hostiam & sacrificium Deo
obulerint, si ij solum numerandi ven-
nirent, qui pro tot alijs soli subscrip-
serant: F. Leander à S. Martino, de
cujus mirabili vocatione jam supra,
Vicarius Missionis Hispanicae, SS. The-
ologiae Doctor, & in Academia Dua-
cena linguae sacrae Professor Regius.
F. Rudelindus Barlo Presbyter Prior
S. Gregorij, dicti R. P. Vicarij Assi-
stens SS. Theol. Doctor & Professor in
Collegio S. Gregorij Duaceno. F. Jo-
annes Barnesius Doctor in Artibus,
pro tempore Missionis nostrae Assi-
stens Superior Benedictinorum Congreg.
Hispan: in Collegio Marchianensi de-
gentium, & in eodem Primarius Pro-
fessor publicus. F. Thomas Grinaeus
Presbyter, Collegij Gregoriani Regens
SS. Theol. Licentiatus & Professor e-
iusdem in dicto Collegio. F. Thomas
Torquatus Presbyter, & Professor Pri-
marius in Collegio Marchianensi. F.
Guilhelmus de S. Martino Presbyter
& Collegij S. Gregorij Oeconomus.
F. Anselmus Cronderus Presbyter &
Subregens in Collegio Marchianensi.
F. Franciscus de Onuo Presbyter, Con-
cionator. F. Gregorius Hungarus Pres-
byter Theologus. F. Bonifacius Wil-
frod Presbyter Theologus. F. Thomas
Moring-

Anglic. in
Eid. pro-
pag. Con-
greg. sus-
cessu.

Colo-
nus
El. a.

Nov. a
N. Co
gati
Cal
di

Subscriben-
tium nu-
merum.

*Moringthonus Presbyter Theologus.
*F. Robertus de Sancta MARIA Presby-
*ter Theologus. F. Caelestinus Trembi-
*us Presbyter Theologus. F. Jdephon-
*sus de S. Gregorio Presbyter Theo-
*logus & Professor publicus Philoso-
*phiae in Collegio Marchianensi. F.
*Antonius de S. Guilielmo Philosophus.
*F. Jacobus de S. Gregorio Theologus.
*F. Theodatus de S. MARIA Theolo-
*gus. F. Maurus de S. Joanne Theolo-
*gus. F. Dunstanus de S. Joanne Theo-
*logus. F. Ambrosius de S. Edvardo
*Theologus, &c. *Ex Clem. Reincro.*

Moritur hoc anno eximum Belgij
decus Reverendissimus Petrus Aime-
ricus Abbas Crispinientis lectissimus,
summa apud Belgij Principes aucto-
ritatis; qui alia inter, digna memora-
tu, Hispanos Contraci rebelles, mag-
no cum periculo urbis & provinciae,
mirè compescuit & coercuit sumpto
Venerabili Sacramento & intrepide,
per mediam legionem sic transeundo.
Ex monim. Ejusdem Monasterij.

Columba-
nus abbas
Blandini-
ensis.

Extinguitur & aliud clarum Belgij
Ordinis nostri lumen, Reverendissi-
mus Dn. Columbanus Durax celebra-
rissimi Blandiniensis Canobij Abbas, vir
adm. Religiosus, plurimum eruditus
& relictis ingenij ceber Monumentis,
qui Zelo Religionis ductus, multa uti-
liter contra Aetholicos scripsit, alia-
que inter doctissimum in Regulam S.
P. N. Commentariarum. Abbatem hunc
Gazæus & Suvertius, meritis prose-
quuntur laudibus. *Ex Mon. prædicti Cenob.*
JESU CHRISTI ANNUS. M. DC. XVII.

Sancti Patris Benedicti. M. C. XXXVII.

Novi S. P.
N. Congre-
gatio de
Calvaria
dicta.

I Nter alia lumina, quibus sanctissi-
mus Ordo noster in Gallia mirabi-
liter in hisce sæculi tenebris effulset,
Nobilis extat Sanctimonialium Divi Pa-
tris BENEDICTI Congregatio à Cal-
varia cognominata, quæ ortum habuit
hoc ipso anno millesimo sexcentesi-
mo decimo septimo, primùm in civi-
tate Pictaviensi, Monasterio ibidem
recens constructo à Maria Medicæ.
Galliarum Regina, nostri Ordinis a-
mantissima, quod Calvaria nomine
appellari voluit. Fuit hoc Institutum
solemniter à Sede Apostolica appro-
batum, ad instantiam Christianissimi
Galliarum Regis, ejusdemque Domi-
næ Matris Mariæ Medicæ Regnum
tunc administrantis repetitam, com-

mendationem, idem quamprimum,
mirificè in dies, quæ sanctitate, quæ
Monasteriorum numero, ad summum
Ecclesiæ decus, Ordinisque splendo-
rem auctum & propagatum.

Hujus sanctissimi Instituti scopus
est peculiaris: Dolorum cum interno-
rum, tum externorum Christi Domi-
ni, ejusdemque sanctissimæ Matris Vir-
ginis, in Calvaria, ad ejus Crucem stan-
tis, recordatio dolorosa, & cultus de-
votissimus, idemque perennis & irre-
missus, juxta preces assiduas, pro re-
cuperatione terræ sanctæ, pro ruina
Imperij Mahomerici, continuoque
Christianæ Religionis inter Turcas, &
Infideles augmento. Venerantur au-
tem in speciali ejus Instituti lectissimæ
Virgines, Vitam in Christo abditam
sanctissimi Patris nostri BENEDICTI,
sororisque Eiusdem sanctissimæ, ut

Scopus sa-
cti Instituti.

propterea, in singulis Monasterijs, ha-
beatur Cella, in loco quieto, & ab alijs
omnibus Monasterij ædificijs procul
dissito, extructa, in Venerationem
specus, in qua Sanctissimus P. N. Benedi-
ctus soli Deo notus tam diu delituit, in
qua etiam Cella depicta, vel sculpra vi-
satur ejusdem specus, in quam alternatim
soroeres ingrediantur, ut Exercitijs spiri-
tualibus per aliquot dies, omnium alia-
rum strepitu silente curarum, solita-
riè vacent. Regimen externum, hu-
jusce Congregationis Auctoritate A-
postolica confirmatum, tale est. Ex-
tant tres Superiores, quos Protectores
vocant, quibus omnis potestas in san-
ctimoniales demandatur. Defuncto
uno, duo alij ad libitum in ejus locum
alium sufficiunt. Possunt Visitatorem,
cui omnia Monasteria incumbat obi-
re, hi tres deligere. Mostamen con-
fuctus is est. Omnes Conventus, Su-
perioribus simul, aliquem insinuant,
quem illi, si probandum duxerint, con-
firmant. Potest ille Visitator duode-
cim annis, vel etiam diutius, ut è re
Congregationis magis futurus esse cog-
noscitur, continuari. Primi Superio-
res hujus Instituti, in Diplomacibus
Pontificijs nominati, fuere: Eminen-
tissimus S. R. E. Cardinalis de Gondy
Henricus, Alberti Franciæ Marecalli
Ducis Retzij ex Claudia Catharina
Clarmontia filius, Archiepiscopus Pa-
risiensis; alter Jll. mus Joannes Dauy
de Peron Archiepiscopus Senonensis;

Peculiaris
S. P. N.
Benedicti
Veneratio.

Primi Su-
periores.

C c teri-